



## **Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv**

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

**Grodzicki, Stanisław**

**Ingolstadii, 1609**

Partitio Evangelii & Concionum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56003)

2  
fendas ad lapidem pedem tuum. Et ait illi Iesus. Rursum scriptum est: non tentabis Dominū Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum & dixit illi. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tūc dicit ei Iesus. Vade Sathana scriptum est enim. Dominum Deū tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Tunc reliquit eū diabolus, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei.

PARTITIO EVANGELII  
& Concionum.

*Duas esse partes principales huius Euangelij, non est qui non videat, Ieiunium videlicet Christi Domini, & tentationem Sathana. Quibus additur tum Exordium, tum Epilogus. In proœmio recensetur migratio Christi Domini à Iordane in desertum: in calce vero docetur, quomodo deuicta omni tentatione accedentes Angeli ministrabant Domino.*

*Hæc quatuor partes quaternis nostris concionibus materiam ita subministrabunt, ut quidem omnia omnibus vniuersim (ex omnibus enim ea que*

qua apta proposito nostro esse censebuntur accipiemus) peculiari vero ratione singulae seruiant singulis. Prima timori quem illa exordij verba Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu ut tentaretur à diabolo in nobis excitare poterunt. Altera fidei, quam confirmabunt sequentia, & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit. Tertia spei. In hac enim maior Euangelij pars, que tentationes victorias que describit, & explicabitur, & spei applicabitur. Postrema charitati, cuius sum totum Euangelium, & suauitas legis Christi, tum verba eius vltima, magnum dant nobis & argumentum & incitamentum.

XXXXXXXXXXXX  
**CONCIO PRIMA.**  
**TIMOR.**

*Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo.*



**M**AGNA sanè ratione, cum actiones quas hodiernum nobis describit Euangelium: tum vero connexionem earum quis demirari posset. Et actiones quidem sunt septem, nempe ductio siue ductio, mansio, ieiunium, esuries, tentatio, victoria, ministerium. Ordo autem talis est inter

M V R.  
M V R.  
P E R I C Y  
L A.  
R E M E.  
D I A.

Euangelij.  
m i r a c o s  
n e x i s